P. Fendi del. J. Axmann f.

Der Babenberger Titel auf Oesterreich.

WIEN'S GESCHICHTE

UND

SEINE DENKWÜRDIGKEITEN.

ZWEYTER BAND.

KÖNIGL. KREISBIBLIOTHEK IN AUGSBURG



P. Fendi del. J. Axmann sc. 1823.

WIEN 1823.
im Verlag der Franz Härter'schen Buchhandlung.

Wien,
seine Geschicke
und
seine Denkwürdigkeiten.

Im
Vereine mit mehreren Gelehrten und Kunstfreunden
bearbeitet und herausgegeben
durch

Joseph Freyherrn von Hormayr,

zu Hortenburg, des Leopoldordens Ritter, k. k. wirkl. Hofrath und Historiographen, Mitgliede der königlichen Akademien von Göttingen und München, der philosophischen Gesellschaft zu Philadelphia, der schweizerischen geschichtsforschenden Freunde, der vaterländischen Gesellschaft zu Breslau, der Gesellschaften zur Ermunterung des Ackerbaues, der Natur- und Landeskunde zu Dresden, Innsbruck und Brünn.

Zweyter Band. Erstes Heft.

Wien, 1823.
Im Verlage der Franz Härter'schen Buchhandlung.

Gedruckt bey Franz Ludwig, Papier von Anton Strauß.

Naturane nobis hoc datum dicam, an errore quodam: ut cum ea loca videamus, in quibus viros memoria dignos multum esse versatos acceperimus, magis moveamur, quam siquando eorum ipsorum aut facta audiamus aut scriptum aliquod legamus? velut ego nunc moveor. Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hic disputare solitum, cujus etiam illi hortuli propinqui, — hic Speusippus, hic Xenocrates, hic Polemo — — et Peripatetici veteres, quorum princeps Aristoteles; — — tanta vis admonitionis est in locis — ut me ipsum huc modo venientem primum ad se convertebat coloneus ille locus, cujus incola Sophocles ob oculos versabatur — nec ad hospitem ante divertebam, quam Pythagorae ipsum illum locum, ubi vitam ediderat, sedemque viderim; — locum ubi Demosthenes et Aeschines inter se decerreat soliti sunt — in quo ad fluctum declamare solitus Demosthenes, ut fremitum assuesceret voce vincere?! — — Multa in omni parte indicia summorum virorum — id quidem in hac urbe infinitum: quacumque ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus.

Cicero de finibus bonor. et malor. V. 2., über Athen.

Urkundenbuch.

Et Documenta damus! — — — — — — — —

Ovid. Metamorhp. I.

XLIV.

Altmann, Bischof von Passau, nachmahls auch Stifter von Göttweih, Garsten und S. Nikola, restaurirt die bey der ungarischen Zerstörung von Lorch, zugleich verwüstete Kirche des h. Blutzeugen Florian und übergibt das neue Stift den Regular-Canonikern unter dem Propste Hartmann.

Passau 1071. 25. Juny.

(Aus dem Florianer-Archive.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Altmannus Dei gratia sacrosancte ecclesie Pataviensis episcopus et apostolice Sedis legatus cunctis successoribus suis et omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Sicut ex iniuncto nobis pastoralis dignitatis officio ecclesias ubi necessarium esse uiderimus ad honorem dei fundare, sic et quocumque casu lapsas tenemur in Christo dum possumus ad laudem ipsius reformare. Hinc est quod ecclesiam beati floriani martyris Christi, quondam in pago Laureacensi, ab antiquissimis terre illius incolis, iuxta riuulum qui ypha dicitur fundatam, et in defensionem sancte romane ecclesie ad annualem censum unius aurei traditam, sed tandem in illo miserabili sancte Lauriacensis ecclesie excidio, tempore Wufilonis ipsius ecclesie pontificis, a barbaris destructam, dum postmodo annis multis quasi desolata nullum uel a sede romana, uel ab alio quoquam reformationis inueniret auxilium, nos tandem summi pontificis Alexandri interuentu, sed precipue diuine remu-

nerationis intuitu in nostram defensionem suscipientes, ipsam omni diligentia qua potuimus reformare curauimus, pia etiam quorundam predecessorum nostrorum, Richarii uidelicet, Adalberti, Eigilberti episcoporum uestigia sectantes, qui ipsius ecclesie desolationem miserati, ad eius reformationem multo studio laborauerunt, sed continua barbarorum inuasione impediti, pium cordis eorum affectum, ad effectum plene perducere non potuerunt. Nos itaque diuina ordinante clementia ipsis in episcopatum succedentes, bonum opus ab ipsis bene inchoatum, deo adiuuante consummauimus, murosque monasterii quondam ab ungaris dirutos cum tecto resarcientes, ipsum monasterium cum quinque altaribus consecrauimus, canonicos regulares deo ibi perpetuo seruituros instituentes, hartmannum uirum in sancta conuersatione probatum prepositum ipsis prefecimus, reditus distractos quos potuimus reuocauimus, et ut ipsi canonici communem et regularem uitam ibidem professi sancte et religiose uiuentes diuine contemplationi liberius uacare, et pro nostri omniumque fidelium salute deuotius deo debeant supplicare, nos quedam licet pauca de dominicalibus nostris in subsidium prebende fratrum eorundem contulimus. Curiam uidelicet in Enzingen (Enzing). Curiam ad sanctum Stephanum iuxta Woeninpach (Wanbach), cum omnibus ad eam pertinentibus. Ad Almisvelt (Ansfelden) uillam totam cum omnibus ad eam pertinentibus, transitu scilicet fluminis trvne (Traun), et piscationibus, pratis, pascuis, siluis et duas partes decimationis in omnibus eiusdem ecclesie terminis tam cultis quam colendis. Ad Svnilburch (Sindelburg) mansum unum et dimidium, et duas partes decimationis. Ad Ebilsperch (Ebelsberg) mansos duos et dimidium. Ad Strummingen Augeam cum omnibus ad eam pertinentibus. Predia uero que quocumque modo distracta et alienata, in usus ipsius cenobii reuocauimus, sunt hec. Curia in Phaffenhouin (Pfaffenhofen, jetzt Hohenbrunn),

cum omnibus ad eam pertinentibus. Curia in Lilinhovin (Lilinghofen). Curia in Gerlantingen (Gerlating). In Gomerichingen (Gammering) duo mansi et dimidius. Preterea quod maximum est, parrochiam in qua ipsum cenobium fundatum est, et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis, decimam totam ipsi cenobio restituimus, quam tamen parrochiam et decimam fratres ipsius cenobii sicut ex antiquis eorum priuilegiis plenius certificati sumus, a quibusdam antecessoribus nostris duabus uicibus quondam commutantes, primo domino Hartwico pie recordationis episcopo decem hubas iuxta prefatum riuulum qui ypha uocatur sitas, postmodum domino Adalberto sanctissime recordationis episcopo, oppidum in Anesiburch in litore anesi fluminis situm, in usus et proprietatem episcopatus pro conmutatione supradicte parrochie et decime contulerunt, sed ipsam iterum atque iterum in destructione iam dicti monasterii distractam, et usibus fratrum ipsius cenobii penitus abalienatam, nos eam nunc tertio, sed respectu tantum diuine remunerationis, et ob reuerentiam romane sedis de potestate baronum terre qui ipsam decimam usibus suis uiolenter manciparant, recolligentes, parrochiam pleno iure, decimam totaliter et integrabiliter ipsi cenobio restituimus. Licet enim plurima beato Christi martyri Floriano in prima fundatione ipsius sui monasterii fuerint, collata, omnibus tamen postmodum in destructione ipsius monasterii distractis, usibus fratrum tunc temporis ibidem deo militantium tantum hec paucissima inuenimus remansisse. Villam in qua ipsum monasterium fundatum est, cum omnibus ad eam pertinentibus, agris scilicet et uinetis, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, uenationibus et molendinis. Ad Wachelingen (Walling) mansum unum et dimidium. Ad vrienlivtin (Frauenleiten) mansum unum et dimidium. Nos igitur omnes possessionis sepedicti monasterii etiam sibi collatas, et quas adhuc deo

dante poterit adipisci in nostram protectionem suscipientes, talem fratribus ibidem deo seruientibus indulgentiam facere decreuimus, ut si ministeriales nostri sui quicumque homines ecclesie nostre predia sua ad nos quocumque iure spectantia ipsis conferre decreuerint, liberam habeant potestatem conferendi, quando, et ubi uelint. Preterea omnem quam prius de indulgentia romane sedis habuerunt libertatem plene ipsis redonamus, liberam uidelicet sepulturam ipsis indulgentes, ita ut quicumque apud eos sepeliri uoluerit, libere non obstante alicuius plebani uel uicarii contradictione sepeliatur. Adicientes quoque hanc gratiam ipsis indulgemus, ut si quando prelatum ipsius monasterii uiam uniuerse carnis ingredi contigerit, fratres liberam habeant potestatem eligendi alium quem magis ydoneum inuenerint, episcopo etiam irrequisito. Volumus etiam et firmiter inhibentes semper obseruandum statuimus, ut nullus successorum nostrorum, uel alter quispiam, siue ecclesiastica, siue secularis persona, aliquem eis aduocatum uel in hominibus, uel in prediis aliquatenus presumat ordinare, nisi quem prelatus ipsius monasterii cum consilio fratrum suorum sibi elegerit aduocatum, qui etiam si ut plerumque fieri solet grauis ipsis et iniuriosus exstiterit, dum admonitus emendari noluerit, ad arbitrium ipsius prelati ab episcopo, uel si episcopus noluerit a sede romana mutetur, altero ad peticionem ipsius prelati substituto. Igitur ut iam dicta ecclesia cum omnibus illuc uel nunc collatis, uel iuste postmodum conferendis plena pace gaudeat, et secura consistat, nos ipsam dei omnipotentis patrocinio supponentes, auctoritate ipsius dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli eorumque uicarii Alexandri pape, et potestate qua nos fungimur precipimus, et sub pena eterne dampnationis firmiter inhibemus, ut nullus uel successorum nostrorum, uel alia qualiscumque siue ecclesiastica siue secularis persona, res ipsius ecclesie uel inuadere, uel imminuere, uel quocun-

que modo usibus fratrum ibidem deo seruientium subtrahere presumat uel auferre. Si autem quispiam successorum nostrorum quod deus auertat, hec instituta nostra transgressus fuerit, si tercio conmonitus congrua satisfactione non emendauerit, prepositus ipsius monasterii hoc utens priuilegio super tanta iniuria, querimoniam coram domino papa deponat, ut super hoc quod iustum fuerit decernat. Si ergo super hoc, quod forte fieri potest. indignatus dominus papa predictum monasterium a iurisdictione patauiensis ecclesie in iurisdictionem romane sedis transferat. deus omnium iniquitatum uindex iustus, tantum honoris et rerum dispendium Patauiensi ecclesie irrogatum, ab auctore ipsius mali requirat et hic, et in futuro. Conseruantibus autem pax a deo et misericordia, et in presenti, et in futuro seculo conseruetur. Amen. Et ut omnia hec omnes tam futuri, quam presentis temporis homines, sciant esse iugiter et inuiolabiliter conseruanda, presentem paginam sigilli nostri inpressione duximus confirmandam, nominibus kathedralium et ministerialium nostrorum, quorum consensu et consilio hec omnia acta sunt et confirmata subnotatis. De Kathedralibus, Dietmarus major prepositus, Imbertus decanus, Baldwinus scolasticus, Engilbertus archydiaconus, Imbertus capellanus, Almarus, Heinricus, Fridericus, Hugo, Egino, Otakarus, Canonici, et ceteri omnes. De ministerialibus, Egelolf de velbach, Haertwich et frater eius Rupreht, de Chraenzingen, Chaecil de shaltarn, et frater eius Otaker, Ymzo de stegebach, Livtkoz de tagebrehtishusin, Otaker de Widach, et alii quam plures.

Datum Patauie. Anno ab incarnatione domini M. LXXI. Indictione XIIII. VII. Kal. Julii. Regnante Heinrico imperatore IIII. Anno regni eius. VII. Imperii vero. V. feliciter. Amen.

(Aufgedrücktes Innsiegel.)

Diese Urkunde hat bereits der gelehrte Mölker Benedictiner, Bernard Petz bekannt gemacht, (Cod. Dipl. Hist.

Epistol. P. I. p. 254.) und zwar bis auf wenige Stellen ziemlich genau. Nur ist am Ende, nach der Stelle: Conseruantibus autem pax... conservetur, nicht, (wie bey Pez mit einem ungeheuern Fehler) Anno M. XXI., sondern offenbar bloß, conservetur. Amen, zu lesen. — Hormayrs Archiv für Geschichte, Statistik, Literatur und Kunst erörterte Nr. 65 im Juniusheft 1818, in einer eigenen kleinen Abhandlung, die seltsamen chronologischen und diplomatischen Gebrechen, die gerade den wichtigsten Urkunden Bischof Altmanns, dieses merkwürdigen Kirchenfürsten ankleben, der als unerschütterlicher Anhänger Gregors VII. wider Heinrich IV. eine so bedeutende Rolle gespielt hat. — Wir gedenken hier der sonderbaren Anomalien, die insonderheit in dieser Urkunde auffallen. Die Vaterlandsgeschichte dankt sie, nebst den folgenden, der freundlichen Mittheilung des hochverdienten Chorherrn Franz Kurz, der eben so sehr eine Zierde von S. Florian, als dieses, eine Zierde der österreichischen Stifter ist. — Das Erste, was bey Durchlesung dieser Urkunde auffallen muß, ist eine gänzlich verwirrte Chronologie. Das Jahr 1071 paßt weder mit der Indiction 14, weder mit den angegebenen Regierungsjahren Heinrichs: die Jahre seiner Ordination zählte er nähmlich von 1054; die Jahre seines Reiches, Regni, von 1056, und die Jahre seines Kaiserthums, Imperii, von 1084. (Chron: Gottwic. p. 303. Helwig, Zeitrechnung. p. 146.) Wie konnte der Verfasser obiger Urkunde im Jahre 1071 schreiben: Anno regni eius VII, da es XV. heißen sollte? und wie Imperii uero V., da erst das Jahr 1084 Annus Imperii primus gewesen ist? Ferners war im Jahre 1071 die Indiction nicht 14, sondern 9. Diese Fehler gegen die Chronologie sind so groß, daß man sie für keine bloße Unachtsamkeit oder Schreibfehler halten, und auch durch keine Versetzung der Ziffer verbessern kann. Calles hielt dafür, daß man anstatt 1071 lesen müsse 1076 (Anal. Austr. T.

I. p. 369.) aber dadurch ist wieder nichts gewonnen, als daß das Jahr mit der angegebenen Indiction XIII. über-einstimmen würde; Heinrichs Regierungsjahre würden auch eben so wenig mit dem Jahre 1076, wie mit 1071 zu vereinigen seyn. Ferners scheint auch der Titel Alt-manns in dieser Urkunde, gegen die Chronologie zu strei-ten, 1071 Legatus apostolicae sedis, wozu er doch erst 1076 vom Papste Gregor ist erhoben worden. (Hansiz T. I. p. 264.) Diese Schwierigkeit ließe sich aber leichter he-ben, als die erste, welche aus den irrig angegebenen Jah-ren der Regierung Heinrichs entspringt. Was sollte hin-dern, vorauszusetzen, daß Alexander II. dem Bischofe Altmann die Würde eines Legaten verliehen habe, um irgend ein Geschäft mit desto größerem Nachdrucke betrei-ben zu können, da wir ein ähnliches Beyspiel von ihm in Rücksicht des Erzbischofs Gebhard von Salzburg ha-ben? (Hansiz Germ. sacra T. II. p. 176 et 177.)

War ein solches Geschäft vollendet, so hörte auch das Amt eines apostolischen Legaten wieder auf, konnte aber bey einer anderen Gelegenheit zum zweyten Mahle wie-der erneuert werden. Eben so konnte Altmann, Legat Ale-xanders im Jahre 1071, und Legat des Papstes Gregor 1076 gewesen seyn, wenn gleich vom ersteren bloß in der Restaurations-Urkunde des Stiftes St. Florian Mel-dung geschieht. Wollte man aber der schon oben angeführ-ten Meinung des P. Calles beypflichten, daß man anstatt 1071 lesen müsse: 1076, so fiele in Rücksicht des Titels eines apostolischen Legaten ohnehin alle Schwierigkeit hin-weg, nur müßte man alsdann voraussetzen, daß sich Alt-mann auf Zuthun des Papstes Alexanders, welcher vom Jahre 1062 bis 1073 auf dem Römischen Stuhle saß, schon um einige Jahre früher entschlossen habe *), das

---

*) Nos tandem, sagt Altmann, summi pontificis Ale-xandri interuentu — — in nostram defensionem

Stift St. Florian wieder herzustellen, bis er es endlich zu Stande brachte, und dann erst die Urkunde darüber habe ausfertigen lassen *), welches aber deßhalb sehr unwahrscheinlich dünkt, weil Altmann die bereits schon vollendete Stiftung in seinen Schutz nimmt, und im Nahmen des Papstes Alexander verbiethet, derselben irgend einen Schaden zuzufügen **). Dieß ist Alles, was man gegen die Urkunde einwenden kann, es folge nun auch, was sich für dieselbe sagen läßt. Der ganze Inhalt derselben, stimmt sowohl mit den Urkunden, welche verschiedene Schriftsteller bekannt gemacht haben, als auch mit der Geschichte vollkommen überein. Das, was von der Zerstörung Lorchs zu den Zeiten des Bischofs Vivilo, was von den Bischöfen Richar, Adalbert, Hartwich, und Engelbert in der Urkunde Altmanns erzählt wird, gibt auch der treffliche Kurz in der Geschichte des alten Klosters St. Florian, im III. Band seiner „Beyträge zur Geschichte des Landes ob der Enns." Hier soll also nur Altmanns Urkunde mit der Erzählung seines Biographen verglichen werden, welcher noch mit Leuten lebte, die mit dem Bischof Altmann näheren Umgang gepflogen. (Pez Script. Rer. Aust. T. I. p. 115. Ab

---

suscipientes, ipsam omni diligentia, qua potuimus, reformare curavimus.

*) Einen ähnlichen Fall wissen wir von dem Stifte St. Nikola bey Passau. Der Papst Alexander II., der König Heinrich IV., und der Papst Gregor VII. hatten durch Urkunden bereits schon die gemachte Stiftung bestätigt, als erst Altmann den Stiftsbrief ausstellte. Mon. Boica. T. IV. p. 287—293.

**) Nos ipsam dei omnipotentis patrocinio supponentes, auctoritate ipsius dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli, eorumque Vicarii Alexandri papae, et potestate, qua nos fungimur, praecipimus et ... inhibemus, ut nullus ... res ipsius ecclesiae vel invadere, uel inminuere, vel subtrahere praesumat vel auferre.

his itaque, qui praesentes viderunt, et ejus obsequio familiariter adhaeserunt, quaelibet ejus gesta studiose investigabo et haec posteris insinuare curabo.) Altmann sagt von sich selbst, daß er in die Fußstapfen seiner Vorgänger, der Bischöfe Richar, Adalbert und Engelbert treten, und das Kloster St. Florian aus den Ruinen wieder herstellen wolle. Sein Biograph sagt das nähmliche (Pez l. c. p. 119. est locus in Norico Ripensi, dictus ad domum S. Floriani. In hoc loco erant Clerici, conjugiis et lucris saecularibus intenti, negligentes servitium Dei. Hos providentia episcopi (Altmanni) inde eliminavit, et religiosas personas ad serviendum ibi Deo congregavit. Porro ipse locus fertur quondam a monachis inhabitatus, sed ab Ungaris destructus, denuo ab Eigilberto episcopo reparatus clericis est mancipatus. (Letzteres erzählt auch Bernardus Norikus bey Pez l. c. p. 1306) Und damit es auch an urkundlichen Beweisen nicht fehle, so wollen wir vernehmen, was die zwey nächsten Nachfolger Altmanns über die Herstellung St. Florians durch diesen ihren Vorgänger sagen. Der Bischof Udalrich, schreibt die Herstellung St. Florians seinen beyden Vorfahrern, Engelbert und Altmann, zu und wenn man die Urkunde Udalrichs mit dem Stiftbriefe Altmanns vergleicht, muß man gestehen, daß Udalrich die Urkunde seines Vorgängers nothwendig vor Augen gehabt, weil in seiner Bestätigung mehr als die Hälfte aus Altmanns Stiftbriefe wörtlich abgeschrieben ist. Altmanns zweyter Nachfolger, Reginmar, wiederhohlet wieder größten Theils wörtlich die Ausdrücke seiner beyden Vorgänger. — Man wird doch nicht behaupten wollen, daß die zwey nächsten Nachfolger nicht sollten gewußt haben, was ihr Vorgänger gethan hat? oder daß sie seine Urkunde so wörtlich hätten wiederholen können, ohne sie gesehen zu haben? Im bischöflichen Archive zu Passau, war nach dem Zeugnisse Hansizens in einem sehr alten Manuscripte

eine Abschrift dieser altmannischen Urkunde vorhanden. (Ein eigenhändiges Schreiben dieses Gelehrten vom 26. May 1752. welches im Florianer Archiv aufbewahret wird, enthält unter andern Folgendes. Notae chronicae subscriptae (in litteris fundationis Altmanni) sunt omnimodis erroneae. De caetero diploma videtur omnino sincerum; nec utile debet per inutile vitiatum haberi: et tale prorsus exemplar jam olim Passavii ex codice membraneo pervetusto Archivi Episcopalis descriptum apud me habeo. Item aliud, quo confirmatur monasterio parochia loci: (es ist dieses die zweyte Urkunde Altmanns, von 1074) Textus in neutro diplomate vacillat, unde pro legitimo habendus: qui si recte cohaereat, error in notis chronicis ejus valori obstare non debet: est enim praesumptio de incuria scribae, ab innumeris exemplis errorum ejusmodi in tabulis, de quorum valore nemo dubitat, ac secus infinitae forent proscribendae tabulae, cum maxima rerum et archivorum permixtione. Tales scribarum errores tunc maxime contigerunt, quando longe post A c t u m diplomatis, expeditum fuit D a t u m; aut quando diploma, ut saepius usu veniebat, aliter atque aliter ornatius fuit descriptum, perque descriptores sciolos ex memoria confusa vel in titulo, vel in notis chronicis suppletum et corruptum. Incredibilis his in rebus deprehenditur oscitantia. Sic in relatione fundationis Admontensis legitur ad annum 1074 annus Imperii Henrici quarti XVII. Indict. XIII. qui eaque latissimus est in numeris error.) und dieser gelehrte Geschichtforscher nahm keinen Anstand, die Gültigkeit des Florianer Stiftbriefes ungeachtet der chronologischen Widersprüche anzuerkennen. — Wenn der nähmliche Notarius, welcher die Restaurations-Urkunde geschrieben hat, auch den Stiftbrief Altmanns für St. Nikola bey Passau verfaßte, so kann man von ihm mit vollem Rechte behaupten, daß er ein Mann war, der sich um die nöthige Genauigkeit bey seinem Geschäfte nicht viel bekümmerte

merte (Cf. Mon. Boica T. IV. p. 302. Das Nähmliche gilt auch von der Urkunde Altmanns für das Kloster Lambach, Wendtenthal. B. VII. S. 492.) und daß er in diesem Stücke nur eben so nachläßig war, wie viele Andere seiner älteren und jüngeren Amtsbrüder, mag man bey (Mabillon de re diplomatica. p. 28.) nachsehen.

Diese Bemerkungen genügen, um jedem voreiligen Urtheile zuvorzukommen, daß die Urkunde ein Machwerk späterer Zeiten sey. Wollte man gleich dem hier vorhandenen Exemplar, die Originalität abstreiten, so bliebe doch der Inhalt desselben unverwerflich, weil er von Altmanns Nachfolgern wiederhohlet und bestätiget wurde, und weil man den Männern des eilften Jahrhunderts, kaum eine solche Kenntniß der alten Geschichte zutrauen kann, daß sie Sachen hätten erdichten können, welche mit den Urkunden so genau übereinstimmen, die doch erst einige hundert Jahre später, durch Hund, Gewold und Pez bekannt gemacht wurden. Man muß auch die Nahmen der Zeugen nicht übersehen, von welchen mehrere, die in der Restaurations-Urkunde des Stiftes St. Florian angeführt werden, auch im Stiftungsbriefe von St. Nikola vorkommen. Dieses Beyspiel einer, ihrem Inhalte nach, unstreitig ächten, wenn schon den äußern Merkmahlen nach, unächten Urkunde, verdient in den Lehrbüchern der Diplomatik, als Beyspiel aufbewahret zu werden. — Ein nicht minder merkwürdiges, gibt Hormayrs Geschichte des Hauses Andechs III. 157 — 170 seiner „sämmtlichen Werke" an einer Urkunde der tyrolischen Prämonstratenserabtey Wilten, von 1180 die wegen der alten Streitfrage von der angeblichen „Zersplitterung des bayerischen Staatskörpers, nach der Ächtung Heinrichs des Löwen," von hoher Bedeutung ist.

XLV.

Altmann, Bischof von Passau, ertheilt dem Propste Hartmann von St. Florian, die Erlaubniß, die Hauspfarre mit einem dortigen Chorrherrn zu besetzen.

Passau 1074. 27. July.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Altmannus dei gratia sacrosancte Patauiensis ecclesie episcopus et apostolice sedis legatus cunctis successoribus suis et omnibus christi fidelibus in perpetuum. Officium pastoralis dignitatis summopere exigere uidetur, ut nos qui quasi rectores et gubernatores ecclesiarum a deo ex omnibus hominibus specialiter electi sumus et constituti, specialius etiam pre omnibus ipsarum securitati et non solum presenti sed et future debeamus iugiter intendere. Hinc est quod nos continua nec non et deuota dilecti fratris nostri Hartmanni prepositi domus sancti Floriani peticione commoniti, parrochiam in qua ipsum cui preest fundatum est monasterium speciali priuilegio nostro sibi suisque successoribus confirmare et quo iure ipsam aliosque possessiones undecumque sibi et nunc collatas. nec non et postmodum iuste conferendas. possidere debeant omnium et successorum nostrorum. et aliorum Christi fidelium memorie presenti scripto duximus firmiter commendare. Pateati gitur omnibus christi fidelibus tam futuris quam presentibus, quod fratres quondam in domo sancti Floriani deo seruientes. supradictam parrochiam. et in omnibus ipsius parrochie terminis tam cultis quam colendis. decimam totam a duobus antecessoribus nostris pie recordationis episcopis Haertwico scilicet et Adalberto legitimo concambio permutatam, duabus uicibus in pro-

prios usus suos pleno jure conquisierunt. sed eam iterum atque iterum in destructione ipsius monasterii distractam. et usibus eorum penitus abalienatam. nos tandem nunc tercio. sed respectu tantum diuine remunerationis decimam totam et indiuisam parrochiam pleno iure restituimus ipsis et confirmamus. auctoritate dei omnipotentis sub pena eterne dampnationis firmiter inhibentes. ut nullus successorum nostrorum ipsos uel secularem clericum. uel etiam de fratribus unum iam dicta parrochia inuestiendum sibi representare compellat. sed ipsius monasterii prelatus eam libere uni de confratribus suis quem ad hoc ydoneum inuenerit comittat. qui et plebem in diuinis summa diligentia procurare non negligat. et tamen singulis diebus et ad refectorium. et ad dormitorium suum redire non omittat, quem etiam pro tempore si negligentem inuenerit mutet. alterum substituendo. et hoc faciat quandocumque uiderit expedire. et episcopo. et archidyacono et eorum decano inconsultis, et irrequisitis. Reliquis autem parrochiis uel nunc sibi collatis. uel postmodum juste conferendis. quandocumque uacauerint. seculares clericos pleno iure inuestiat. nullum super cura animarum recipienda uel episcopo. uel archidyacono representans. In omnibus enim ecclesiis suis curam animarum sibi in confirmatione sui una cum prelatura debere conferri statuimus. et inuiolabiter confirmamus. In aliis autem ipsius monasterii possessionibus decimis scilicet et prediis. agris. et uinetis. talem iusticiam et libertatem prelato indulgemus. ut plenam in eis habeat potestatem. cum consilio tamen fratrum suorum. dandi. uendendi. precariandi. conmutandi. in omnem utilitatem. sicut commodius sibi et ecclesie sue uiderit expedire. non obstante. nec factum suum impediente uel episcopi. uel etiam eius quem pro tempore sibi elegerit aduocatum, contradictione. Igitur ut hec nostre institutionis iura rata et perpetuo ab omnibus seruari

debeant inconuulsa. presentem paginam sigilli nostri impressione consignamus. auctoritate dei omnipotentis sub pena eterne dampnationis firmiter inhibentes, ut nullus uel, successorum nostrorum uel alter quispiam prescripte institucionis formam uel infringere presumat aliquatenus uel infirmare. Si autem quispiam successornm nostrorum quod deus auertat eam postmodum temere uel infregerit. uel infirmare presumpserit. si tercio commonitus resipiscere noluerit prepositus. ipsius monasterii hoc utens priuilegio super tanta iniuria querimoniam coram domino papa deponat, ut ipse hoc quod iustum fuerit decernat. Si ergo super hoc quod forte fieri potest. indignatus dominus papa predictum monasterium a iurisdictione patauiensis ecclesie. in iurisdictionem romane sedis transferat. deus omnium iniquitatum uindex iustus. tantum honoris et rerum dispendium patauiensi ecclesie irrogatum, ab auctore ipsius mali requirat et in hoc seculo et in futuro conseruantibus autem pax a deo et misericordia, et in presenti et in futuro seculo conseruetur. Amen.

Datum Patauie. Anno ab incarnatione Domini M. LXX. IIII. Indict. V. VI. Kal. aug. Regnante Heinrico imperatore huius nominis. IV. Anno regni eius VIIII. Imperii uero eius VII. feliciter. Amen.

(Aufgedrücktes Insiegel).

Auch in dieser zweyten Urkunde Altmanns, herrscht eine gänzliche Verwirrung in den chronologischen Angaben. Es wäre überflüßig, hierüber Bemerkungen zu machen, die obigen treffen größten Theils auch hier ein. Altmann wiederhohlt hier einige Stellen aus seinem Restaurationsbriefe und der Schluß der zweyten Urkunde ist wörtlich der ersten gleichlautend. Udalrich, Altmanns nächster Nachfolger im Bisthume, bestätigte nicht nur diese zweyte Urkunde seines Vorgängers, sondern wiederhohlte sie zum Theile auch wörtlich. Wie Hansitz, so entschieden auch andere Kenner z. B. Gruber für die Ächtheit.

XLVI.

Heinrich V. bestätigt die Schenkung Eppos von Windberg an das Stift St. Florian mit Gütern zwischen Bösenbach und Eberspach, bis an die böhmischen Gränzen, dann mit Kleinzell an der Mühel.

Bey Passau. 4. Novemb. 1109.

C. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Romanorum Quintus Rex. Credimus a deo uitam longeuam, salutem atque uictoriam regibus dari in hoc seculo. et parari uite perpetue felicitatem in futuro. si ecclesias nomini eius edificatas coluerint. easque tam propriis diuiciis quam alienis a christianis deuote collatis regia confirmatione ditauerint. atque defenderint. Quod nos in quantum dei nobis auxiliante gratia poterimus desiderantes obseruare, rogamus eum ut nostre deuocioni prestet pius suffragium et effectum. Sciant igitur omnes Christi nostrique fideles tam futuri quam presentes. quod nos causa dei pro regni nostre stabilitate. et anime nostre nostrorumque parentum salute interueniente Frederico uenerabili coloniensium archiepiscopo, et uenerabilibus episcopis rogantibus ac consulentibus Oudolrico (sic) patauiensi. Burchardo Monasteriensi. Hartwico Radisbonensi (sic). nec non Alberto nostro dilecto concellario. Wuelfone duce bauuarie. et comitibus idem postulantibus. Herimanno Saxonie. Beringario de Sulcebac. Godefrido de Chalwen. et aliis quam plurimis nostris fidelibus christiane petitioni Epponis hylariter assensum prebuimus. Qui diuinitus inspiratus. sibi deum. heredem constituit et omnia sua allodia tam hereditaria quam suo eabore iuste conquisita ad deo seruiendum contulit cum ecclesia quam ipsemet propriis bonis ediuicauit in honore sancte Marie sancto Floriano in loco qui Floriani domus appellatur. Nos autem eiusdem

rogatu et licentia eadem allodia inter Bosenbac et Ebresbach usque ad terminos boemie. et predium quod dicitur cella ad mouhile (Kleinzell an der Mühel) eidem supradicte ecclesie per hanc preceptalem paginam regia consuetudine (sic) habenda perpetuo cum omnibus eorum pertinentiis concessimus atque firmauimus. Videlicet familiis utriusque sexus. terris. cultis. et incultis. areis. prelis. uinetis. pratis. riuis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decusibus. molendinis. piscationibus exitibus atque reditibus. placitis. districtionibus. uiis et inuiis. et omni utilitate que inde iuste poterit extorqueri omni tempore. Concessimus etiam ut ibidem deo pro tempore seruientes habeant liberam potestatem hec bona dandi. uendendi. comutandi. precariandi. et quidquid libuerit faciendi. concorditer tantum ad utilitatem ecclesie. Et nequa dubitatio de terminis horum allodiorum oriatur. manifestum sit quod eorum continuatio sine interruptione iacet a capite Ebresbac usque ad fines Boemie. Hec siquidem et alia bona que iam dicta ecclesia uel oblatione liberorum hominum uel collatione uel alio modo quolibet iuste adquisiuit uel adquisitura est. sub tutela nostre defensionis suscepimus. rogantes ut ab omnibus cause dei Sancte Marie Sancti Floriani et nostri conseruentur. et precipientes sub pena nostri banni ne ab aliquo arte qualibet uel presumptione uastentur. uel inuadantur. sed in tranquilla pace permaneant quamdiu mundus stabit. Rogamus quoque. ut reges nostri successores causa dei dignam uindictam exerceant super corruptores huius rei si forte contigerit quod diuina prouidentia prouideat. Ut autem hoc credibile sit et ab omnibus obseruetur. hanc paginam inde scriptam manu propria corroboratam. reuerenda inpressione nostri sigilli insigniri iussimus.

Signum Domini Heinrici Regis Inuictissimi Albertus

Cancellarius uice Rotardi maguntini archiepiscopi et archicancellarii recognoui.

Data II. Non. Nouemb. Indictione. I. (sic). Anno dominice incarnationis Millesimo. C. VIIII. Regnante Heinrico V. rege Romanorum anno III. Ordinationis eius VIIII. Actum est iuxta patauiam in Christi nomine feliciter cum de vngaria rediremus.

(Aufgedrücktes Insiegel.)

XLVI.

Leopold der Freygebige, Herzog von Bayern und Markgraf von Österreich, Sohn Leopolds des Heiligen und Bruder Heinrichs Jasomirgot, verzichtet gegen das Stift St. Florian auf seine Ansprüche zu dem Gute Windberg und befreyt dasselbe von einem Naturaldienst.

Bey Krems 1137. und zu St. Florian 1139.

Nouerit omnium fidelium tam presens etas, quam futura posteritas, qualiter ego Liupoldus diuina fauente clementia bawarie dux, abrenuntiaui amore dei et sancti floriani et fratrum ibi deo seruientium omnem contentionem quam habebam in predium Windibergi, quod dederat eis eppo de Windiberge, nobilis quidam homo. Dimisi ergo illis litem hanc pro anima mea, parentumque meorum, de omnibus his, sicut continetur in cyrographo imperatoris Heinrici quinti, scilicet auunculi mei. Testes erant coram Chunradus de pilstein. Adalram de perge. Otto de machlant. Werinharth de iulbach. Chunrath de Wirmilah. Eberhart de rota. Oudalrich de sicinberge, et frater eius Eberhart. Heriman de Kacelinesdorf. Otto de hasalbach. Otachar de slierbach. Adalbero de drahselingen. Meinhart de ippha, et frater eius Oudalrich. Salman de Windiberge. Magens de haltenhusin. Gundacher de pircharin, et frater eius Liutolt. Gerboto de arbingin. Radboto de narden, et frater eius Ein-

wich de chuliup. Gerde sippach. Ouzo de ibisiuelt. Mazeli de ibisiuelt. Actum in orientali terra, apud chremisam. Anno ab incarnatione domini M.C.XXX.VII.

Insuper ego attendens quia magnam in futuro mercedem recipiet, quicunque ecclesias auxerit uel ditauerit aut confirmauerit, donaui eis debitum opsonium quod ad nostram pertinuit rationem, quod uulgo dicitur marhtinesth..... orum quod uocatur Waltprehtesdorf. Actum apud sanctum Florianum. Anno ab incarnatione domini. M. C. XX. . . . IIII.

(Aufgedrücktes, beschädigtes Insiegel).

Die Jahrzahl am Ende, die wie Mehreres zum Theile unleserlich geworden ist, und nur aus der Zahl M. C. XX. . . IIII. besteht, läßt sich deswegen mit Bestimmtheit auf 1139 angeben, weil Leopold erst in diesem Jahre, den Titel eines Herzogs von Bayern annahm, und, nach beständigem Kampfe wider die Welfen, Heinrich den Stolzen und die Partey seiner Waise, Heinrichs des Löwen, schon 1141 gestorben ist.

XLVIII.

Heinrich Jasomirgott, Herzog in Bayern und Markgraf in Österreich, mehrt die von seinem Vater Leopold dem Heiligen, den Benediktinern von S. Peter zu Salzburg gemachte Schenkung des Gutes Dornbach, mit einem anstoßenden Felde Zemeruoprethis genannt, in feyerlicher Versammlung in der Stadt Wien und umgeht selbst die Gränzmarken der Schenkung.

1156 in der Stadt Wien.

(Nach einer Abschrift aus dem Kloster S. Peter *).

In nomine Sancte et Individue Trinitatis.

Ego Heinricus Dux Bavvarie, et Marchio Austrie. Si de rerum terrestrium abundantia, divinitus nobis con-

*) Zu vergleichen I. 382 von Petzens Cod. Dipl. hist. epist. aus dem Nachlasse Philiberts Huber.

cessa, inopie pauperum Christi subvenire studuerimus, abundantiâ, que est in turribus Jherusalem, nos ipsorum interventu a Deo ditari confidimus.

Hac ergo confidentia et precibus dilecti nobis Abbatis Heinrici Monasterij S. Petri, quod Salzpurc situm est, inducti: Scientes etiam, quod pie memorie pater noster Liupoldus Marchio, Fratres illius Cenobij dilexerit, et Predium Dornpach dictum, eis contulerit, pratum quoddam proprietatis nostre Zemeruoprehtis vocatum, et predicto Predio satis vicinum, consensu dilectissime Conjugis nostre Dorothee*) prefato Monasterio tradidimus. Huic autem traditioni, in Wiennensi Civitate a nobis facte, interfuerunt de fidelibus nostris Otakarus Styrensis Marchio. Rapoto Comes de Ortinperc, Gebehardus Comes de Purchusin, Advocatus ejusdem Monasterij. Chuonradus Comes de Halle et filius ejus Chuonradus, Heinricus Comes Scalah. Ekbebertus Comes de Butino. Liutoldus Comes de Pleigin et filius ejus Liutoldus. Adelbertus de Perge. Waltchuon de Mahlant. Werinhardus de Jugilpach. Werinhardus de Ydana. Chadoldus de Harroze. Werinhardus de Riede. De Ministerialibus nostris. Adalbero de Purchartisdorf. Adalbero de Chuonirinc. Vodalricus de Stivina, Hartungus de Ruhinekke. Otto de Levvisdorf. Pappo de Gruonipurc. Chuonradus Friunt. Werinhardus de Rabinsteine. Adelbertus de Horne. Adelbero de Gumpindorf. Hartnidus de Sahsingangi. Vodalricus de Severingin et frater ejus Ruodigerus. Vodalricus Esil. Marcvvadus de Hakkingin.

Ne autem aliquam imposterum Fratres ab heredibus vel Successoribus nostris de terminis ejusdem prati sustinerent controversiam, sequenti die post traditionem

*) Sonst Theodora. Aber die byzantinischen Prinzessinnen, führten oft mehrere Nahmen.

factam, comitantibus nos Liutoldo Comite et filio ejus Liutoldo, Adeberto de Perge, Adalberone de Purchartisdorf, Vodalrico de Stivina, Werinhardo de Rabinsteine, et aliis multis de Ministerialibus nostris, certos ipsius prati fines in presentia Abbatis et fratrum ejus designavimus, per hoc eosdem fines certos facientes, quòd Abbati dedimus potestatem extirpandi ligna, que in ipso prato succreverant, secundùm designationem finium a nobis factam.

Vt autem hec nostra Donatio stabilis in perpetuum et inconvulsa permaneat, paginam hanc inde conscribi, et sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Anno Dominice Incarnationis M. C. LVI.

XLIX.

Kaiser Friedrichs II. Ordnung für die Juden zu Wien, seine kaiserlichen Kammerknechte *).

Feldlager von Brescia im August 1238.

(Aus dem Original des k. k. Staats - Hof - und Hausarchives.)

Fridericus dei gratia Romanorum Imperator, semper Augustus, Jerusalem et Sicilie Rex. Per presens scriptum Notum fieri volumus Universis, quod Nos Judeos, Wienne, servos Camere nostre sub nostra et Imperiali protectione recipimus et favore. Preterea statuimus, ut in domibus ipsorum absque eorum consensu Hospites non recipiantur. Si autem apud eos res furtiva inventa fuerit, si dixerit, Judeus se emisse, juramento probet secundum legem suam, quantum emerit et tan-

*) Zu vergleichen Hormayrs historisches Taschenbuch auf 1812. Seite 69.

tundem recipiat, et rem ei; cujus erat, restituat. Nullus filios vel filias ipsorum invitas babtizare presumat. Aut si captos, vi vel furtim raptos, vel coactos baptizaverit, quindecim libras auri ad erarium nostrum persolvat. Si autem aliquis ipsorum sponte baptizare voluerit, triduo reservetur, ut integre cognoscat, si vere christiane religionis causa aut pro aliqua illata Iniuria legem suam deserat. Et sicut legem Patrum suorum reliquit, ita etiam relinquat hereditatem. Mancipia quoque eorum pagana, nullus optentu christiane religionis baptizans ad Servitia eorum convertat. Quod si fecerit, bannum, id est tres libras argenti persolvat, et servum domino suo reddat. Si Judeus in Christianorum uel Christianus in Judeum contenderit, uterque prout res est, secundum legem suam, Justitiam faciat, ut rem suam probet. Et nemo Judeum ad ignitum ferrum, vel ad calidam aquam, seu frigidam probet, nec flagellis cedat, vel in carcerem mittat, sed juret secundum legem suam post quadraginta Dies. Nullis testibus nisi simul Judeis et christianis conuinci possit qualibet de causa.

Proquacumque re Imperialem appellaverint in presentiam, indutie eis concedantur. Si quis adversus aliquem eorum Consilium fecerit, aut eis insidiatus fuerit, quod occidatur uterque, et consiliator, et occisor, duodecim libras auri ad erarium nostrum persolvet, si vero eum vulneraverit, sed non ad mortem, libram unam auri componat, et si sit servus, qui illum occiderit, vel vulneraverit, Dominus ejus aut supradictam compositionem impleat, aut servum ad poenas trahat. Et si Judei ipsi litem inter se aut causam aliquam habuerint determinandam, coram eo qui preest eis, judicentur, et si aliquis inter eos perfidus rei alicujus inter eos geste, occultare voluerit veritatem, fatere cogatur. Si autem de aliqua mag-

na causa, inculpati fuerint, Indutias ad imperatorem habeant. Preterea vinum suum, pigmenta, et antidota, possint vendere Christianis. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri, et bulla aurea typario Majestatis nostre impressa, jussimus insigniri. Hujus autem rei Testes sunt:

Dilecti Principes nostri — — — — Venerabilis Patriarca aquilegiensis, S. Moguntinus — — — Magdeburgensis archiepiscopi . . Coloniensis et . . . Leodiensis — Electi — — — Pataviensis — — — Herbipolensis — Wormaciensis, et — — — Misnensis Episcopi — — Dux Karinthie, H. Comes Ascanie, Comes de Arnesteyn, et quam plures alii. Acta sunt haec: Anno Dominice Incarnationis, Milesimo, Ducentesimo, Tricesimo Octavo, Mense Augusti, Undecime Indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia Romanorum Imperatore semper Augusto, Jerusalem et Sicilie Rege, invictissimo. Anno Imperii ejus octavo decimo, Regni Jerosolimitani Tercio decimo, Regni vero Sicilie Quadragesimo feliciter Amen.

Datum in Obsidione Brixiae, Anno, Mense et Indictione prescriptis. (Abgeriß'ne goldene Bulle.)

L.

Kaiser Friedrichs II. Majestätsbrief für die Stadt Wien, unter goldner Bulle, da sie sich, von dem geächteten Herzog Friedrich dem Streitbaren hinweg, Kaiser und Reich unmittelbar unterworfen hatte, gegeben im April 1237 zu Wien, dann außer Kraft gesetzt nach der Versöhnung und Wiedereinsetzung des Herzogs, endlich erneuert, nach seinem Tode und nach der Erlöschung des babenbergischen Stammes, zu Wien im April 1247.

(Das der Stadt Wien angehörige Original ist nicht mehr vorhanden, wahrscheinlich schon nicht mehr, seit Wien die Reichsstadt, nach der Versöhnung Friedrichs des Streitbaren, mit Kaiser Friedrich wieder Landstadt wurde, der Herzog diesen Brief nahm und das Majestätssiegel der goldenen Bulle, zum Zeichen der Erlöschung brach oder wie Albrecht I. nach gebändigtem Aufruhr, den Wienern, alle die alten Privilegien zerriß und neue gab: — ein Ereigniß, das allein, die sonst unerklärliche Erschei-

nung aufhellt, daß Wien, von den Babenbergern, die es aus römischem Schutt zu solchem Glanz, Reichthum und Leben auferweckt, auch nicht eine einzige Originalurkunde mehr besitzt? Von diesem vielbesprochenen Majestätsbriefe des letzten, großen Hohenstauffen-Kaisers, der oft und gerne und lange zu Wien verweilt, findet sich eine alte, lateinische und deutsche Abschrift, in der unter Friedrich dem Schönen 1320 begonnenen, 1434 durch den Bürgermeister und Kellermeister Hanns Steger fortgesetzten Handfeste der Stadt Wien, dem sogenannten Eisenbuche. — Von der Bestätigung von 1247 existirt auch keine Urschrift mehr. Der Mölker Benediktiner Hieronymus Petz fand eine sehr alte Abschrift in dem oberennsischen Cisterzienserstifte Wilhering, die er seinem gelehrten Freunde Chrisostomus Hanthaler für seine Jahrbücher von Lilienfeld mittheilte. — Lazius gab den ersten Majestätsbrief II. 67. Rer. Wiennens. und in Abermanns Übersetzung von 1619 II. 71. auch deutsch, aber wie wir gleich sehen werden, ganz ungetreu und mit Auslassung der wichtigsten Stellen, sobald sie nicht in seinen Kram taugten, oder etwas für Wien und dessen Bürgerschaft weniger Rühmliches zu enthalten schienen. Auch im österreichischen Interregnum Philipp Lambachers, Sekretärs der Stadt Wien, hat jener Majestätsbrief II. 10. bedeutende Anomalien).

Fridericus secundus dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus Jerusalem et Sicilie Rex. etc. Justus fidelium nostrorum petitionibus condescendere cogimur, quas, nisi favorabiliter audiremus, quod juste petitur, non obaudire per injuriam videremur. Ea propter noverit tam presens aetas, quam futura posteritas, quod Cives Wiennenses fideles nostri culmini nostro attentius supplicarunt, quod cum dudum inter Excellentiam nostram, et Fridericum quondam Ducem Austriae et Styriae, oborta discordia, dum iidem Cives ex fervore devotionis, quam ad celsitudinem nostram gerebant, Magnificentiae nostrae, abdicato ejusdem Ducis dominio, constanter et fideliter adhaeserunt, tradentes in manibus nostris Civitatem Wiennensem cum rebus suis pariter

et personis, quodam Privilegio nostro ipsos et civitatem Wiennam duximus muniendam; Idemque Privilegium per Ducem memoratum, postquam gratiae nostrae reformatus, Civitatem Viennam de consensu et voluntate nostra recuperavit, sublata in ea aurea Bulla nostra, qua insignitum extitit, fractum fuerit, ipsum eis Privilegium, civitate ipsa, post obitum ejusdem Ducis ad nostrum et Imperii Dominium libere devoluta, innovare de nostra gratia dignaremur: Cujus tenor per omnia talis est.

